



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Concilivm Londoniense, Qvo Thomas, Theobaldo defuncto, electus est
Cantuariensis archiepiscopus anno MCLXII. sub Alexandro III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

CONCILIVM LONDONIENSE,
QVO THOMAS, THEOBALDO
 defuncto, electus est Cantuariensis archiepiscopus an-
 no MCLXII. sub Alexandro III.

NOTA.

^a *Concilium.*] De hac Synodo Baronius ex actis vitæ sancti Tho-
 mæ ab Eduardo conscriptis, & apud Surium tomo 6. die 29. Decem-
 bris extantibus, ista: Anno (scilicet 1162.) Londini in Anglia genera-
 le Concilium celebratur, conuenientibus omnibus episcopis ad sub-
 rogandum metropolitanum Angliæ totius antistitem Cantuarien-
 sem archiepiscopum, defuncto feria secunda paschæ Theobaldo ar-
 chiepiscopo, cum sedisset annis viginti duobus. Conuenit simul &
 rex ad hoc ipsum, communibusque omnium votis electus est Thomas
 ex cancellario. Hæc Baronius.

CONCILIVM TVRONENSE,
QVO VICTOR ANTIPAPA
 eiusque fautores schismatici, iudicio 17. cardinalium,
 & 124. episcoporum excommunicati fuerunt, anno
 MCLXIII. sub Alexandro III.

SERMO HABITVS IN CONCILIO
 TVRONENSI.

Sermo sy-
 nodicus in-
 ter epistolas
 Arnulphi.

HODIERNVM sermonem, domini & patres mei, mihi
 domini nostri, qui præsidet, Romani videlicet pon-
 tificis, iniungit auctoritas. Et ego quidem munus iniun-
 ctum magis de necessitate obedientiæ, quam de animi vo-
 luntate suscipio. Mallem vt in alium declinasset ista di-
 gnatio, cuius & vita commendabilior esset, & maior tam
 scientiæ quam eloquentiæ plenitudo. Quis enim ego sum,
 qui in auribus tot, tam prudentium, tam venerabilium
 personarum quemlibet mihi debeam vsurpare sermo-
 nem? Sed & quis ego sum, qui mandato Romani ponti-
 ficis audeam obuiare? Angustiæ mihi sunt vndique: inter
 verecundiam & necessitatem constitutus. Altera me mo-
 net vt fileam; altera quasi quadam violentia pertrahit ad
 loquendum. Obediendum est sine mora, sed verecundia
 linguam